Handschrift

Seite 91v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tulisse cognoscitur / Novi spo-
se prudentiam / nec putave-
rim hoc illam casu aut quasi
immemorem preterisse sed pro-
fecto id expressius plangit quod
et sentit differentius quodque
vigilantius nobis cavendum
existimat / Quid nam hoc ma-
lum utique intestinum atque dome-
sticum hoc tibi manifeste in
ewangelio ore ipsius salvatoris exp-
mitur cum dicit Et inimici
hominis domestici eius / Hoc et
in propheta Homo inquit pacis
mee qui edebat panes meos
magnificavit super me suppla-
tacionem / Item quoniam si inimicus
meus maledixisset mihi sustinuis-
sem utique / Et si is qui oderat
me super me magna locutus
fuisset abscondissem me for-
sitan ab eo / Tu vero unanimis
dux meus et notus meus qui
simul mecum dulces capiebas
cibos / Hoc est quod a te patior
conviva et contubernali meo id
molestius sentio acrius fero
Scitis hec querimonia cuius et
de quo sit Agnoscite sponsam
eodem de filiis matris sue com-
querentem affectu quia in eodem
spiritu cum ait / Filii matris mee
pugnaverunt contra me / Unde
et alibi loquitur Amici mei et

proximi mei adversum me ap-
propinquaverunt et steterunt /
Longe queso a vobis facite semper
hoc tam abhominabile / et detesta-
bile malum vos qui experti
estis et quottidie experimini quam
bonum sit et quam iocundum ha-
bitare fratres munum / si tamen munum
et non in scandalum / Alioquin
nec iocundum plane nec bonum
sed pessimum ac molestissimum
De aut homini illi per quem uni-
tatis iocundum turbatur iudi-
cium profecto portabit quicun-
que est ille Quam mihi contingat
mori quam audire in vobis quem
piam iuste clamitantem / Filii
matris mee pugnaverunt contra
me / Nonne presentis congrega-
cionis tanquam filii unius matris
vos omnes estis singuli alterutrum
fratres / Quid ergo a foris vos
conturbare aut aut contristari
possit si bene intus estis / et fra-
terna caritate gaudetis / De-
inque quis vobis nocere poterit
inquit / si boni emulatores
fueritis / Quamobrem emulamini
carismata meliora ut prebetis
vos bonos emulatores / Karis-
ma peroptimum caritas est
Plane incomparabile quid no-
ve sponse celestis sponsus to-
tiens inculcare curabat / nec